



**Venatio Sacra. Sive Puer Amissus**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Elegia Prima. Ερώς ?αj αντερως, siue mutuus Christi & B. Virginis Amor  
sibi quam simillimus colludit, & interim Christi Amor quasi furtim absistit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70011](#)

# SACRA VENATIO

SE V

Puer à B. Virginē amissus.

LIBRI TRES.

Lib. I. AMITTITVR.

Lib. II. QVÆRITVR.

III.

QVÆRITVR ET INVENITVR.

---

Liber primus, siue dies Primus.

ELEGIA PRIMA.

Eps̄s nōq̄ avt̄ p̄os, siue mutuus Christi &  
B. Virginis Amor sibi quam similli-  
mus colludit, & interim Christi  
Amor quasi furtim absistit.

1. B. Virgo utrumque Amorem describit.
2. Quam sibi sint inuicem similes ostendit.
3. Colludunt pariter festini hi Geny siue Puelli
4. Christi amor se quasi clam subducit.

VOX B. VIRGINIS.

Est mihi sanctus amor, sancti qui frater amoris,  
Ab Maria & IESV natus uterque sinu.

A iiiij

Parvus

Paruus vterque puer, primo sed maximus ortu,  
 Victor vterque pīj bella gigantis agit.  
**I**ungit vterque parem concordi pignore dextram,  
 Neuter abesse potest, neuter abesse velit.  
**O**tia securu seu pax indulgeat æuo,  
 Seu dubiā Mauors misceat arma manu :  
 Seu pedibus sequitur terras, seu puppibus æquor :  
 Et maris & terræ par comes ambit iher.  
**T**am mihi crescit amor ; qnam crescit & almus IESVS.  
 Alter ab alterius fœdere dicit openi.  
**N**am puer ut IESVS purâ concreuit in alios;  
 Agnisci puero ccepit alumnus Amor.  
 Et ceu luna nouo lux emicat æmula soli,  
 Sic Mariæ è IESV sidere fulget honos.  
**V**t peperi IESVM, peperi bis mater Amorem;  
 Virginis è partu quid nisi viuat Amor?  
**I**lle piæ quo non sit pulchrior, ignis alumnus est.  
 Includitque meo gaudia prima sinu.  
**N**empe mei est generis Genius, qao cretus IESVS  
 Sanguine ; & hoc creuit sanguine natus Amor.  
**E**t benè si spectes vultum ; cognoscor in illo,  
 Ut Deus astra regit, cetera matris habet ;  
**M**utuus hinc ignis cor viri virumque, nec ullum  
 Tempas erit, quo non mutuus ignis edat.  
**I**n quascumque viles aliena sorte figeras,  
 Hunc, illum puerum verte, decorus erit.  
**O**pportuna nouis cui cum sit gratia formis,  
 Mille trahat vultus, mille decenter habet,  
**C**irrus virique teres tenerum crispatus in aurum.  
 Purpura par, & par candor virique genis.  
**H**os ambos igitur ( quem non decor ille decorus  
 Vrat ) ego casto lactea pasco sinu.  
**F**ondus ut ambo meis hæserue mamillis,  
 Par lac de lacrymis ambo bibere meis,  
**Q**ui sic ambo pari stant fronte simillimus error,  
 Nec minus ora pari lumine dulcè vibrans,  
**H**os si forte sua stantes sub imagine cernas,  
 Iurabis, geminus frater hic vaus erat.

Et certe lux vna viget, vox vna duobus,  
 Sic Amor in puer est : sic in Amore puer.  
 Sic concors conspirat honos, & gratia formæ.  
 Omne decus gemino sic puer ore legit.  
 Discrepat hoc vnum, purus sol ardet IESVS:  
 Non nisi noster amor Solis imago nitet:  
 Illius ex oculis radios decerpit, & ignes.  
 Pascit Amor castas ignibus hisce faces.  
 Nam mihi cor speculum, quo si meus ardet IESVS:  
 Hinc speculo floret lux Amor æqua suo.  
 Vitaleisque babit radios illius ocellis,  
 Perspicuoque rapit lumine mille faces.  
 Luna vale, soleque ipse vale, stellæque valete,  
 Omne mihi spondent lumina bina iubar.  
 Sin abit his oculis, breuis ut fugit iris in auras:  
 Pulchra fugit speculo solis imago suo.  
 O vtinam ! nil tale ! meus me linquat IESVS:  
 Sol nullus spectet, nulla vel astra nefas.  
 Spes bona si qual ligas fidis adamantina nodis  
 Vincla; velim perpes vinciat ambo fides.  
 Euchiet. Mariæ quæ vis abrumpat IESVM,  
 Qiam sibi seculo fædere iunxit amor?  
 Nonne vides? ambos vitæ tenor vnuſ & æui  
 Ut tenet, ac concors lufus, & vſus habet!  
 Ille, vel ille puer ( pueri quis dulcior ardor?)  
 Transferit alternâ poma, vel arma manu.  
 Quin & vterque suas quas implicat, explicat alas.  
 Colludensque parem fingit vtrimeque fugam.  
 Hei mihi! vana rudem quam ludit opinio mentem!  
 Credideram fingi, sed fuga ficta grauat.  
 Quod quasi ludus erat, sit seria noxa parenti.  
 Ludit in ærumnas heu! fuga vera meas.  
 Orbis amor prosfugum meus ergo sequetur IESVM:  
 Semper enim solem gestit ut umbra, sequi.  
 Auricomum sceli ceu flos aduertit ocellum,  
 Vnde satur radijs aurea sæcla trahit.  
 Sin longâ fugiat sol nube sepultus, & imbre.  
 Flos comes orbando quærit amore morti:

Sic ubi mi IESV fugis, o pulcherrime rerum;  
 Par flori, viduus lumine languet amor.  
 Nec languere diu potis est, necis induit omen  
 Mestus Amor, moesto mater amore perit.  
 Vis ut vterque cadat, pia mater, Amorque parentis?  
 Ultimus hic casti fructus Amoris erit?  
 Nempe mei speculum nullis occurrit in oris.  
 Omnibus ergo perit matris imago locis.  
 Est tamen hic a græ blandum solamen amanti.  
 Nec mea lux IESVS totus ut umbra, fugit:  
 Corpus abit, fateor, sed corporis hæret imago.  
 Sic puer usque fugit, sic puer usque redit:  
 Dum fugit, acre meo figit sub pectore vulnus;  
 Dum redit, huc almam vulneris adflat opem.

## ELEGIA II.

1. *Puerorum varia Studia.*
2. *Christus Puer fabrili arte crucem struit.*
3. *Adit Ierosolymam cum matre.*
4. *Remonet illic, & docet Scribas.*

**Q**uare, rudi simplex quos mente pueria ludos  
 Parturit, è puerò dein paritura virum,  
 Inuenies, rapidis cui cor leue ventilet alis,  
 Ludicra cura pilæ, ludicra cura trochi,  
 Inuenies, doctas qui Palladis ambiat artes,  
 Seu Maro magne tuas, seu magè Marce tuas.  
 Inuenies, quem lora canum, vel rara ferarum  
 Reria detineant, vel vaga duçat auis.  
 Inuenies, qui serra rosis concinnet ad aras,  
 Primaque de violis vota, precesque literæ,  
 Inuenies, aliud cui linea reddat Apellem,  
 Fingere docta viros, fingere docta nurus:  
 Ars decer, artis opus quis non miratur, & opiat  
 Arte frui? quem non extulit artis honos?  
 Sed loquar in tenero quid agat puer entheus æuo,  
 Otia qui nescit, pensa laboris amat.

*Asciolas,*